

Ubi notari potest qd homines superbi et mundi amatores circa septem versari solent et appetere quibus constat xpm caruisse in cruce scz terre: nam affluentiam mundanam sapientiam carnalem leticiam populorum famam turbam famulorum deiectionem inimicorum et vniuersitatem amicorum xpus autem in cruce fuit pauperimus qz vestibus denudatus Johannis. xix. Contra primum stultus et insipiens reputatus. Unde contra primum verbum crucem portantibus stulticia est. Contra secundum ligatus et flagellatus. Contra tertium diffamator et populi seductor appellatus. Contra quartum famulis caruit qz discipuli eo relicto fugerunt. vñ psal. factus est sicut homo sine adiutorio. Contra quintum in cruce victus quodammodo qz occisus est sine carne. Contra sextum ibi etiam amicos non habuit psalmista Elongasti a me amicum et proximum. Humilis fuit iohannes baptista qui licet ita sanctus esset qd crederet xps dixit tamen se non esse xpm neqz heretiam neqz prophetam sed vocem clamantis in deserto.

Humilis magdalena frequenter legitur se secus pedes domini posuisse et lacrimis eos lauasse et crinibus terfisse Luce. vii. et Johannis. xij.

De informatione filiorum.

Audiens iacob sompnia ioseph increpauit eum ne forte contra eum suorum fratrum inuidiam suscitaret Genesis. xxxij.

Item negligenciam filiorum arguebat audiens qd alimenta in egipto venderentur Genesis. xlij.

Precepit dominus moysi ut filii israel

docerent filios suos ea que ipsi viderant Deuteronomij. iij.

Contumax filius et proterus et contumeliosus filio parentum contempnens obedire precipitur a moysi per populum lapidari Deuteronomij. xxi.

Mely sacerdos male corripuit filios suos et ideo tam ipse quam ipsi sunt a domino grauiter puniti. Regum. iij.

Adomas filius aggit male fuit a patre suo dauid correptus et ideo in superbiat elatus regnare voluit sed tandem a fratre regnante occisus fuit. Regum. i.

Appinquans ad mortem dauid diligenter filium suum salomonem instruxit. Regum. i. j. Paralip. xvij.

Thobias senex filium suum ab infanciam timere deum docuit et ab omni peccato abstinere et multa alia sicut patet. Thobie. iij. et v.

Parentes zare uxoris thobie iunioris docuerunt eam honorare et diligere maritum regere familiam gubernare domum et seipam irreprehensibilem custodire. Thobie. viij.

Parentes susanne cum eent iusti eruderunt eam sine lege moysi. Daniel. xij.

Cum mathathias morti appinquaret filios suos salubriter instruxit et contra impios inimicos amauit. 1 Machabeorum. ij.

Super modum mater mirabilis septem filios parentes materna voce hortabatur et confortabat secundo. Madha. vij.

De immortalitate anime.

Imortalitas anime patet ex hoc quod dicitur de abraham quod congregatus est ad populum suum ubi inuitur quod in alio seculo haberet populum scz homines qui bene vixerant. Genesis. xxv.